



Universitätsbibliothek Paderborn

**Nuclevs Coppensteinivs Conceptvvm Prædicabilivm In
Dominicas Festaqve omnia per Annum**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1624

Concio Vndecima. De eodem missæ Sacrificio. Mirabile Mirabilivm. Tu es
Sacerdos in æternum secundum Ordinem Melchisedech. Psal. 109.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51556](#)

Missa in eorum scriptis usurpatur. Extant & conscriptæ nonnullorum Missæ. Thelphorus Papa instituit sub annum 277. in Nativitate Christi tres missas patrari à quoquo Sacerdote. Sylvester, sub annū 343. vetuit ne in loco non consecrato celebraretur.

Concilia quoque Missæ meminerunt. Ut Carthaginense c. 2. Reconciliare quenquam in publica Missa Presbytero non licet.

Quare Missa est verum Sacrificium; mortis Dominicæ repræsentatio & com-memoratio; thesaurus meritorum Chri-sti; Euis victoriarum tropæum: omnis diuini cultus apex & cōpendium; Chri-stiana religionis fulcrum. Ibi Iesus pro nobis orat: Pater dimitte eis: quia nesciunt, quid faciunt.

CONCIO VNDECIMA.

De eodem missæ Sacrificio.

MIRABILE MIRABILIVM.

Tu es Sacerdos in aeternum secundum Ordinem Melchisedech.

Psal. 109.

Abrahæ, Gen. 14. deuictis Regib. quinque domum reuertenti, Melchise-dech, Rex & Sacerdos Altissimi in lege naturæ, panem & vinum, in gratiarum actionem de obtenta victoria, offerens Deo; obuiam processit. Ita Dominus IESVS, postquam fecit, ut dixit: Con-sidite ego vici mundum. Ioann. 16. Panem & vinum consecrauit in Corpus ac Sangui-nem suum, Deoque Patri obtulit Sa-crificium. At postquam etiam in cruce Víctor partes aduersas profligasset om-nes: certatim Sacerdotes Sacerdotis ipsius in aeternum obtulerunt, offerunt, offerentque in aeternum secundum Ordinem Melchisedech.

Nos breuiter de eodem

- I. Fuisse semper, esseque oportere Sacrifi-cium.
- II. De Substantia Missæ.
- III. De perennatione Missæ cum Ecclesia.
- IV. De blasphemantibus Missam; & eam celebrantibus.

P A R S I.

Fuisse semper, esseque oportere Sa-crificium.

NVlla gens extitit tam barbara vni-
quam; quæ, cum Deum aliquem *Nature*.
colendum esse putarit; quin eidem con-tinuo Sacrificium decerneret: Sacrificio autem Sacerdotium assignaret. Idque adeo naturæ inditum est ipsi, atque im-pressum. 1. Gen. 4. Abel obtulit de primo-geniti gregis sui. Ecce in prima naturæ ge-neratione. 2. In secunda, Gen. 8. Aedifica-uit Noe altare Domino, & tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis, obtulit holocausta super altare. 3. In tertia, Abraham adeo frequens Deum colebat Sacrificiis solennibus, ut demum, iubente Deo, nec filio parcendum crederet immolan-do. Gen. 22. 4. Quis Iobo in propitiato-riis Sacrificijs exitit religiosior? Iob. 2.
5. Legis Mosaica tempora fileo; quibus ex continuo plurimorum Sacrificiorum Moysæ sumo umbræ, quam diei, plus fuit. 6. Eliæ Sacrificio quid vel admirabilius, vel terribilius? 3. Reg. 18. Ignis cœlo ruit; ex-urita quas, victimas, aræque saxa: Baali-tas exanimat, dein occisos. 7. Samuel, David Salomon: aliquæ sexcenti quan-tas hecatombas immolarunt? Nihil in vilo ævo aut frequentius, aut solennius, aut Sanctius fuit habitum; quam ipsum hoc Sacrificare.

II. At vero postquam Rex Regum, &c. Ergo & Sacerdos Sacerdotum Christus Iesus se in Chri-ti Patri ipsum obtulit: continuo orbetoto stiana. nil eodem fuit Sacrificio vel diuinus,

D d d 2 vel

vel celebrius. 1. Obtulerit filiam Iepheth ex voto; *Iul. 11.* 2. Filium Abraham ex obedientia; *Gen. 22.* 3. Pythagoras ob vnam in Mathefi repertam figuram, hecatombas: Nil ista, vel que uis alia, ad hodiernum, ac aeternum Christi sacrificium ac Sacerdotium secundum ordinem Melchisedech.

PARS II.

De substantia Missæ.

Missa est vox non græca.

Nec hebraica.

Sed latina.

Est sacrificium, & Sacramentum.

I. **M**issa vox græca non est. Ideo in N. T. repetitur non est; quod græce conscriptum est. Eius loco tamen Græci videntur voce λατινiz, quasi dicatur: publicum ministerium.

2. Nec est Hebraica: Nam Syri & Maronites, hodieque missas celebrantes, eadem voce uterentur: & Ecclesia ipsam usurparet, sicut illas: *Amen, Alleluia, Sabaoth, O sancta Pascha.* Nec Patres hebraice callentes optime, ut Orig. Tertull. Iust. Epih. Hier. eam frequentarunt.

II. Est ergo vox latina: sic dicta, à populo dimisso; post Rem diuinam peractam. Significatq; totam Cœnæ actionem cum omnibus ceremoniis.

—Est a vere Sacrificium, quoad Deum, cui offertur: simul est & Sacramentum; quoad homines, quos nutrit. 1. Ita & Agnus Paschalis, *Exod.* 2. prius immolabatur: dein sumebatur communiter. 2. Vt igitur orbistotus Arcticus, & Antarcticus polo sustentatur: alteroque remoto machina omnis dissolueretur: ita Religio, istorum altero sublato.

3. Est Eucharistia, vt mirabilis Seraphin, cuius facies leonis, & facies hominis. *Ezech. 1.* Plusquam Seraphica est duobus suis respectibus illa.

4. Produnt Scriptores, in Alpibus herbam progignibiram: si quæ fera alterum abeat solum, eam emori: si vtrumque depascat ramusculum, laedi nihil:

Ita in montibus Ecclesiæ Eucharistiæ membris est vna: Sic umferis hæreticis solum esse Sacramentum affirmes; peccas hæreticus. Qui & Sacrificium & Sacramentum esse credit, accolit; vita viuet.

III. Missæ autem substantia consistit in Consecratione, Oblatione, & Sumptione: *Eius substantia in.* Cætera omnia meræ sunt cæmeronia, mutabiles ad excitandam pietatem, ac commorationem Dominicæ Passionis. Proinde hæ mutari possunt ab Ecclesia: illa tria nequaquam. Est autem Sacrificium in cruentum, cruenti in Cruce representativum. Rom. 6. *Iam enim amplius Christus non moritur: mors illi ultra non dominabitur.*

Deinde Ipse IESVS est, qui sacrificat; minister vero solum instrumentum. *Sacrificium Iesu est.* Sicut Ipse est, qui baptizat: ait Augustinus. Vnus enim tantum est Summus Pontifex IESVS Hebr. 9. *At sic nos existimet homo, ut ministros Christi.* 1. Cor. 4.

Atque inde Missa, ab nequissimo Sa- *Missa vero* cerdote peracta, tanti est; quanti si San- lor. Etus Petrus eam celebasset: quoad opus operatum. Quid pretium dabat hircis pro peccato oblatis? *Dei existatio.* *Lxx.* 16. Duo hirci inebabantur educi: Alter sa- crificabatur cæsus: alter liber dimitte- batur in desertum. Ita Christus Sacrifi- cium primum fuit cruentum: At in ar- liberum à cruentatione. *Id est tanti, quanti est pretij IESVS.* Atqui hoc pretium est reale; non solius estimationis, aut impu- tationis diuinæ.

PARS III.

De perennatione Missæ cum Ecclesia.

I. **D**iles: Sufficiebat Sacrificium Cri- *Sacrificium* *Cruce ob-* *fici ad me* *rendum ut* *Sacrificium* *quod*
cis; ut cuius infinita sūt merita. At, inquam, frustra est thesaurus, cuius non est usus. Itaque parata in cruce merita; restant ea merentibus applicanda. Id

are requi-
gunt ad
merita ap-
plaudenda.
quod sit per usum Sacramentorum; que
hoc fine instituit Dominus: in quibus
princeps Eucharistia. 2. Neque vita fun-
ctis vello queunt illa Sacramento appli-
cari: possunt autem Sacrificio. 3. Adhac
oportuit esse in lege nova Sacrificium;
sicut in Mosaica, & naturali fuerat. At ea
pro viuis, proque defunctis offerebatur.
Ergo.

^{Sacrificii} Sacerdo-
blasphemare ve-
ntur. Ut tigres, & ele-
phantis sanguine viso: sic isti: hoc auditio
debet ater-
Sacrificio effrascunt. Sed filius est Sa-
cerdos in aeterni. secundum ordinem Melchise-
dei, necesse est & Sacerdotium aeterno-
num existere: itemque & Sacrificium.
Si igitur aeternus ille Sacerdos ante suam
Incarnationem curauit, ut in omni lege,
ac gente Sacrificium esset: quod homi-
nes illi administrarent; non magis idem
in lege gratiae dederunt, quam suammer-
aeternitatem.

^{Die figura-}
^{dant.} II. Cui stabiliendo, à Figuris sic ratio-
cinor. Necesse est Scripturas & Figuras
Vet. Testamenti in Nono adimpleri; &
sic, ut figuris figuratum respondeat. Sed
illæ prænotant iuge Sacrificium. Quia &
ipse ipso actu iugiter durauerunt ad usq;
tempus figurati. Ergo necesse est & hoc
durare similiter re ipsa actuale.

^{Si Proph-}
^{etia.} 2. Ex Prophetis ita: 1. Regum 1. Prædi-
stum est Heli, desitum ludaicum Sa-
cerdotium: aliudque successurum: quod
cunctis diebus perduraret cum f' o Sacer-
dote. 2. Ita Malachias 1. A solis ortu usque
ad occasum in omnibus gentibus. & in omni lo-
co sacrificatur, & offeritur Nomini meo Obla-
tio Munda. Quod de Sacrificio Crucis ne-
quit accipi: nec de Iudaico: quia hoc non
ingentibus. 3. Daniel quoque cap. 8. docet,
iuge Sacrificium ab Antichristo fore tol-
lendum: at nullum restat tollendum e
medio, nisi hoc Missæ. Ergo de eo usq;
perennabit.

PARS IV.

De blasphemantibus Missam, & eam
celebrantibus.

I. **H**anc Melanchton appellat incanta. ^{Heretica}
tionem: Caluinus Magiam: Bren-
tius diaboli commentum: Lutherus con-
tra hoc scripsit anno 1520. Captiuitatem
Babyloniam: anno 1521. librum de ab-
roganda Missa priuata: anno 1522. contra
Regem Anglie: anno 1523. contra Ca-
nonem: anno 1528. scribit, nil perinde se
pœnitere, quam quod vigintiquinq; an-
nis Missas celebrarit: anno 1534. satetur
sibi videnti vigilantiq; cacodemone m
inuictis argumentis Missam dissuasisse;
ac, ut abrogarer, persuasisse. Quid eius
asseclæ?

Blaterant, à mille iam, & amplius, an-
nis institutam ab Gregorio esse Missam, defecit in
errasseque Ecclesiam, ad idolatriam ^{Ecclesia nō}
^{Missa ad i-}
^{dololatriā.}

At 1. Ergo Sponsam Christus amissi-
set. 2. Et falsum istud: Matth. 16. Porta in-
feri non præualebunt aduersus eam. 3. Menti-
tus Virginis Gabriel fuisse; Lucæ 2. Et re-
gni eius non erit finis. 4. Pseudopropheta fo-
ret Paulus: Quod Dominus nec fallere,
nec falli possit; Quodq; fundamentum,
& columna veritatis sit Ecclesia. Oimpias
blasphemias: 5. Itan' tot, tantosq; tot sacer-
tulorum viros, qui & caudierunt, & patra-
runt Missas; idolatriæ, ut sacrilegos, in-
simulari? Id abominationem appellare;
quod totius est Religionis sanctimonia
ac firmamentum?

II. Quam Sacram actionem Mysterij ^{Missæ inisti}
institutum primus, ac perpetrauit CHRI^{tus}, &
STVS, pridie, quam pateretur, Luc. 22. ^{continua-}
Iusitque Hoc facite. 2. Eam & frequen-
titur Ap^{osto}los ^{et ergo ut tollatur}: Act.
13. 3. Item Apostolici. S. Ignatius Epist.
ad Trallien. affirmat S. Petri fuisse Dia-
conos Missæ ministros Clementem, &

Dddd 3 An-

Anacletum: Pauli Linum, & Timotheū; Iacobi Sanct. Stephanum Protomartyrem. 4. Extat Liturgia S. Iacob. 5. S. Andreas, cum à Proconsule ad Sacrificia mutantaretur, respondit: Ego quotidie Sacrificio Agnum immaculatum. 6. Quid Patres memorem Hieron. Augustinus, Ambrosius, &c. Missas opere, voce, ac stylo celebrarunt. In quos inde, quicquid vel Sanctitatis, aut facultatis inquam habuerunt, promanauit.

*Basti cul-
tores Missa
pit.*

III. Ut illi quoque mihi esse beati videantur appellandi, qui ea Missis interfundunt cum religione; ut sibi Passionem Christi ob oculos obuersari credant. Id quod vel ipse Sacerdotis habitus facer apprimere representat. Quo etiam orationis zelus haud mediocriter extimulatur; ut ea per omnes quasi declinationis ducta casus exerceatur ad compreendendum pro se ipso; pro Genitoribus; pro Datis, ac benefactoribus; pro Accusatoribus inimicis; pro Vocatis, Vocandis; ad Ecclesiam infidelibus; pro Afferentibus iniuriam, & Auferentibus vi, dolore malo quæcunque ad tuum dominium attinebant.

APPENDICVL A

DE VNA, ET
VTRAQVE SPECIE
EVCHARISTICA.

FAS MIHI TRIA FARI, AC
prefari,
Studiose Lector.

I. CAEteria de Eucharistia ex Bessanis Conceptibus reddidi pleraque: ed parum is de Communione sub Vna specie, vel vtraque.

II. Istāq. ille diligēt, vt in Gallia: vbi eauerium in usi Calvino liliū multorum flagrati in anima. Atq. utinam non etiam, (be uniuersum quantum) nostra in Germania.

III. Quia autem per celebre nomen Besset hoc meum ex ipso Opusculum per manus distrahet plurimas: & pleriq. in locis de Communione sub Vtraq. Specie docendi non parua occurrit necessitas: erit, ni fallar, subiecta appendicula non minor utilitas. Et tanto gravior, quo plura pauca mea lucide exhibet compendios abeunt. Ergo pedem nunc pedi.

PRIMORDIVM INFOELICIS
Controuerſie.

I. SVb annum Domini M. CCCC.XII. AEneas Sylvio teste in historia Bohemoru, extitit Pragae Petrus quidam Dresdenis, qui ex illo Ioan. 6. Nisi manducauerit Carnem filii hominis, & biberit eius Sanguinem, non habebitis vitam in vobis: miratur, contra preceptum hoc Vsum obtainere Ecclesiæ, populum sub vna duntaxat specie communicantis. Itaque Jacobellum, Pragae Concionatorem inducit, vt idem cum ipso sentiret, ac pro concione populum informaret. Fit: populorum placuit. Et ex hoc ouo prodit in Boemiam innovata hæresis Hussitica.

Successit Lutherus, in que peius indies profecit. 1. Negabat, se consuluisse unquam, per uulgari vtramque, nisi ex Concili decreto. 2. In Assert. art. 2. ait: Consultum mihi videtur nunc, vt non modo Concilium: sed per quaque diacestum quilibet Episcopus etiam in uoto Papa. Christum secutus in Euangelio, rursus vtramque speciem laics daret. 3. In Formula Missæ. Si quod Concilium statueret, & permitteret vtramque speciem; nos ne quaquam vtraque vii vellemus: sed in despectum Concilii, eiusque statuti, aut una, aut neutra. & minime vtraque vii vellemus: Maledicti vniuersos, qui ex potestate, aut statuto Concilii vtraque vt. rentur.

Quo ad Communicantes similiter impietas impii ascendit semper. Nam 1. docuit, necesse non esse, laicos vtramque porrigi. 2. In Capt. Bab. c. i. Cogi posse Sacer-